

*Rectas facite semitas Domini.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Marcum

1, 1-8

<sup>1</sup> **I**nítium evangélii Iesu Christi Fílii Dei.

<sup>2</sup> Sicut scriptum est in Isaía prophéta:  
«Ecce mitto ángelum meum ante fáciem tuam,  
qui præparábit viam tuam;

<sup>3</sup> vox clamántis in desérto:  
“Paráte viam Dómini,  
rectas fácite sémitas eius”»,

<sup>4</sup> fuit Ioánnes Baptísta in desérto  
prædicans baptísmum pæniténtiæ  
in remissiónem peccatórum.

<sup>5</sup> Et egrediebátur ad illum omnis Iudææ régio  
et Hierosolymítæ univérsi  
et baptizabántur ab illo in Iordáne flúmine  
confiténtes peccáta sua.

<sup>6</sup> Et erat Ioánnes vestítus pilis caméli,  
et zona pellicea circa lumbos eius,  
et locústas et mel silvéstre edébat.

<sup>7</sup> Et prædicábat dicens:  
«Venit fórtior me post me,  
cuius non sum dignus procúmbens  
sólvere corrígiam calceamentórum eius.

<sup>8</sup> Ego baptizávi vos aqua;  
ille vero baptizábit vos in Spíritu Sancto».

Verbum Dómini.